

Folium CXXX

Hec sacerdotali voluit nasci quam beata virgo prudenter exorauit et ergo ipsa clypeus aureus nuncupatur. quia nos defendendo vitam imaginatam auro puriorum conseruauit et gloriam mundo. Unde primo **Da chab.** secundo. **Gloria peccatores sterces et vermis est. hodie extollit et cras non inuenietur.** ideo difficile est humanam laudem appetere. quod pendens beata virgo soli deo studuit inherere. et sic virtutibus plena tantas dignitates promeruit ut non solum ipsa. sed etiam parentela eius est glorificata. **In etiam b. Augustinus** commendat eam in virtutibus dicens **Beata virgo maria** fuit valde deuota. habuit spiritum humilem totum corpus anime et rationi subiectum. Item nota beata virgo dicit mater gratie qua omnes peccatores consolatur. quod bene patet in quodam miraculo. Unde in monasterio beati Petri erat quidam frater leuiter se habens in pluribus actibus suis. hic aliquando petitionem pro salute corporis accipiens irruente labore sine confessione et sine communione defunctus est. cuius anima per dyabolum ad infernum ducitur. quod cernens sanctus Petrus accessit ad dominum Ihesum christum orans pro anima fratris sui. **Cui dominus.** Tu ignoras quid propheta dixit. **Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.** quomodo potest ergo hic saluus fieri. hec audiens beatus Petrus venit ad beatam virginem Mariam sciens certissime eius preces exaudiri. Cum ergo surrexisset beata virgo cum virginibus suis precaturus filium suum statim christus dixit. **Quid a me petis dulcissima mater cum meis sanctissimis sororibus.** **Cui beata virgo.** Pro illa anima ego rogo. **Cui christus.** Licet nemo possit in meo tabernaculo habitare nisi qui sine macula ingreditur. tamen si tibi placet ut indulgentiam consequatur. concedo quod eius anima ad corpus reuertatur. ut de malis actibus penitentia peracta tandem celesti gloria perfruat. et ille frater de morte resurgens qualiter a potestate dyaboli subfragiis beate virginis fuisset ereptus omnibus narrauit. **Et ergo merito mater dei nuncupatur**

De maria. Auto: subinfert aliud canticum ab angelica salutatione inchoatum et beate virgini marie dedicatum. Et diuiditur in tres partes. In prima parte salutat beatam virginem angelus. Secundo commendat eam de multitudine gratie. Tercio dirigit petitiones scilicet tibi. **Te collaudet celestis. dicens (O maria). i. virgo (plena) id est**